



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi  
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Mogvntiæ, 1627**

Qvæstio XXXII. Cur verò tu Christianus appellaris?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**

*Cor. 3, ii. Fundamentum enim aliud nemo possum, sed nostram infirmitatem & indignitatem ponere. At potest superaedificare, præter id tem.*

## QUÆSTIO XXX.

*Creduntne igitur illi in unicum summum Servatorem Iesum, qui à Sanctis, aut à se aut aliunde felicitatem aut salutem querunt?*

\*Non. Etsi quidem, tamen aut non fuit RESP. \* Ita. Etenim verbo, † eo Seruatore gloriantur, & recipiā\* non abnegant unicum summum Seruatorem Iesum. Necesse est enim, † & Iesum \* esse perfectum Seruatorem, † & qui eum Seruatorem vera fide amplectuntur, eos omnia in ipso possidere, mediate vel immediate, quæ ad salutem requiruntur b.

*¶ Col. 1, 19, 20. Col. 1, 20. b Ioh. 1, 14. Ioh. 1, 16. Heb. 7, 25.*

*a Col. 1, v. 19, 20. Ut sit in omnibus ipse Primatum tenens: quia in ipso complacuit omnem plenitudinem inhabitare, & per eum reconcilians omnia in ipsum, pacificans per Sanguinem Crucis eius siue que in terra, siue que in celo sunt. Col. 2, 10. Etsi in illo repletus, qui est Caput omnis Principatus & Potestatis.*

RESP. a Primatu ad saluandum non de rogit intercessio Sanctorum plus, quam Principatu Ministerium famulorum. Facta horum tribuantur illi.

*b Ioh. 1, 14. Et Verbum caro factum est, & habitat in nobis. 16. Et de plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia. Heb. 7, 2. Unde & saluare in perpetuum potest accedentes per semetipsum ad Deum, semper viuens ad interpellandum pro nobis.*

RESP. Cum hæc stat salua Sanctorum Intercessio, non quæ sit de absoluta necessitate medijs necessaria, ut primariò salvans per se, sed utilis sit ut adiuuans, non De-

## DOMINICA XII.

## QUÆSTIO XXXI.

*Quare appellatur Christus, hoc est, unctus?*

RESP. Quod à patre ordinatus b, & Spiritu Sancto unctus sit, summus propheta ac doctor d, qui nobis arcum consilium & omnem voluntatem patris de redemptione nostri patefecit e; & summus pontifex f, qui nos unico sacrificio cruentis sui corporis redemit g, nunc quoque premium redemptionis per S. Sacramenta nobis applicat, ac assidue pro nobis apud patrem intercedit h, & Rex i, qui nos suo verbo k & spiritu in Ecclesia sua sub visibili Capite gubernat, & partam nobis salutem tueretur ac conservat m.

*a Act. 4, 27. b Luc. 4, 18. ex Isa. 61, 1. Act. 2, 36. c Heb. 1, 9. ex Ps. 45, 8. Act. 10, 38. d Act. 3, 22. ex Deut. 18, 15. Mat. 17, 5. e Ioh. 15, 18. Ioh. 15, 15. f Psal. 110, 4. Hebr. 1, 1. g Hebr. 10, 10. Heb. 10, 4. h Rom. 8, 34. i Psal. 2, 6. Ioh. 18, 27. k Psal. 110, 2. Psal. 119, 105. l Psal. 143, 10. Ioh. 16, 7, 13. m Ioh. 10, 27.*

## QUÆSTIO XXXII.

*Cur vero tu Christianus appellaris?*

RESP. Quod per Baptismum & fidem

Qq 2



dem membrum sum Iesu Christi<sup>a</sup>, & vunctionis ipsius particeps: <sup>b</sup> vt & nomen eius confitear<sup>c</sup>, meque fistam ipsi viuam gratitudinis hostiam<sup>d</sup>, & in hac vita contra peccatum, & Satanam libera ab peccatis mortalibus & bona conscientia pugnem<sup>e</sup>, & postea æternum cum Christo regnum in omnes creaturas teneam<sup>f</sup>.

<sup>a</sup> 1.Ioh.2.20. Gal.4.6. <sup>b</sup> 1.Ioa.2.27. <sup>c</sup> 2.Cor.1.21.22. <sup>d</sup> 1.Pet.2.9. <sup>e</sup> 1.Pet.2.5. Rom.12.1. <sup>f</sup> Rom.6.12.13. Eph.6.12.1. Pet.5.8.9. f Apoc.3.21.2. Tim.2.12.

<sup>a</sup> 1.Ioh.2.20. Vos vunctionem habetis à Sancto, & nos omnes, Gal.4.6. Quoniam estis filii, misit Deus spiritum filii suum in corda vestra clamantem Abba pater.

RESP. <sup>a</sup>Hinc Christiani sumus, & filii an iræ autem quisque vel gratiæ, nemo scit: sicut & viuimus, an mortuum sit membrum.

## DOMINICA XIII.

## QUÆSTIO XXXIII.

Quam ob causam Christus vocatur Filius Dei unigenitus, cum nos quoque sumus filii Dei?

RESP. Quia solus Christus est coæternus <sup>a</sup> coequalis, & natura lis <sup>b</sup> æterni patris filius: nos autem propter eum ex gratia à patre adoptati sumus <sup>c</sup>.

<sup>a</sup> Hebr.9.14.1. Ioh.1.1.2.3. <sup>b</sup> Hebr.1.2.3. Ioh.5.18. Rom.8.32. <sup>c</sup> Eph.1.5. <sup>d</sup> Ioh.1.12. Gal.3.26.

## QUÆSTIO XXXIV.

Quâ de causa appellâs eum Dominum nostrum?

RESP. Quia corpus & animam nostram <sup>a</sup> à peccatis <sup>b</sup>, non auro nec argento, sed pretioso suo sanguine redimens <sup>c</sup>, & ab omni potestate Diaboliliberans <sup>d</sup>, nos sibi proprios vindicauit <sup>e</sup>, tantum ne ab eo desceremus volentes.

<sup>a</sup> 1.Cor.6.20. <sup>b</sup> Col.1.14. <sup>c</sup> 1.Pet.1.18. 19. <sup>d</sup> Heb.2.14.15. <sup>e</sup> Tit.2.14.

## DOMINICA XIV.

## QUÆSTIO XXXV.

Quid credis? cum dicas, Conceptus est per Spiritum Sanctum, Natus ex Maria virgine?

RESP. Quod ipse Filius Dei<sup>a</sup> qui est & permanet verus Patri coæqualis, & æternus Deus<sup>b</sup>, naturam vere humanam<sup>c</sup>, ex carne & sanguine perpetua Virginis Mariæ<sup>d</sup>, operatione Spiritus Sancti<sup>e</sup> assumpit<sup>f</sup>, vt sit verum semen Dauidis<sup>g</sup>, tratribus suis per omnia similis<sup>h</sup>, excepto peccato<sup>i</sup>.

<sup>a</sup> Gal.4.4. <sup>b</sup> 1.Ioh.5.10. Rom.9.5. <sup>c</sup> Heb.1.16.11.12. <sup>d</sup> 1.Ioh.1.1.1. Luc.2.4.39. Mat.26.38. <sup>e</sup> Isa.7.14. <sup>f</sup> Luc.1.26.27.30.31.32. Mat.1.23. <sup>g</sup> Luc.1.34.35. <sup>h</sup> Heb.2.16. Ioh.1.14.1. Tim.3.16. <sup>i</sup> Act.2.30. Act.13.22.23. <sup>b</sup> Hebr.2.17. Philip.2.7. <sup>i</sup> 1.Ioh.3.5. <sup>j</sup> Heb.4.15.

QVÆ-